

spumei coloris lymphidæq;. Postremo ues-
ro auctoritas in pondere est. Inuenio me-
dicos quæ sunt urenda corporum non ali-
ter utilius id fieri putare, q̄ crystallina pila
aduersis, apposita solis radijs. Alius hic fur-
ror. HS. centum .50. millibus trullam unā
non ante multos annos mercata matrefa-
miliæ nec diuite. Item Nero amissarum re-
rum, nuncio accepto, duos calices crystalli-
nos in suprema ira fregit illis. Hec fuit
ratio sæculum suum punientis, ne quis ali-
us ex ijs biberet. Fragmenta sarciri nullo
modo queunt. Mireq; ad similitudinem
accessere uitrea, sed pdigij modo, ut suum
præcium auxerint, crystalli non diminue-
rint. Proximum locum in delicijs, foemina-
rum tamen adhuc tantum succina optinēt
eademq; omnia hæc quæ gemmæ. Aucto-
ritatem sane maiorem aliquibus de causis
crystallina & murrhina habent. Rigidi po-
tus utraq;. In succinis causam ne deliciæ
quidem adhuc excogitauerunt. Occasio est
uanitas græcorum diligentij. Legētes mo-
do æque perpetiantur me de ortu eorum,
cum hoc quoq; intersit uitæ scire posteros
quicquid illi prodidere mirandum. Phae-
tontis fulmine icti sorores fletu mutatas in
arbores populos, lachrymis electrū oibus
E 2 annis fūdere iuxta

Succinum